

A or ad tria epitritus numerus est: ex hoc cōponit diatessarō. Itē quatuor ad unū in quadrupli ratione censent: ex q̄ symphonia disdiapason nascit̄. Ergo mūdi anima, q̄ ad motū hoc qd̄ uidemus uniuersitatis corpus impellit, cōtexta numeris musicā de se creantibus concinentiā, necesse est ut sonos musicos de motu, quē proprio impulsu p̄stat, efficiat. quorū originē in fabrica suā cōtextionis inuenit. Ait em̄ Plato (ut suprā retulimus) autorē animæ deū, post numerorū in se impariū contextionē, hemiolijs, epitritis, & epogdois, & limmate hiantia interualla supplese. Ideo doctissimē Tullius in uerbis suis ostēdit Platonici dogmatis profunditatē: Quis hic, inq̄, q̄s est q̄ cōplet aures meas tātus & tam dulcis sonus? Hic est (inq̄t ille) qui interuallis disiūctus imparibus, sed tñ pro rata parte ratione distinctis, impulsu & motu ipsorū orbium efficit̄. Vides ut interualla cōmemorat, & hæc in se imparia esse testat̄, nec diffitei rata ratione distincta, q̄a scdm̄ Timæum Platonis, impariū inter se interualla numerorū, raris ad se numeris, hemiolijs scilicet, epitritis, & epogdois, hemitonisq̄ distincta sunt: quibus om̄is canora ratio continet̄. Hinc animaduerti, q̄a hæc uerba Ciceronis nuncq̄ profecto ad intellectū paterent, nisi hemioliorū, epitritorum, & epogdoorū ratione p̄missa, q̄bus interualla distincta sunt: & nisi Platonici numeris quibus mundi anima est cōtexta, patefactis: & ratione p̄missa, cur ex numeris musicam creantibus anima intexta sit. Hæc em̄ om̄ia & causam mundani motus oñdunt, quem solus animæ p̄stat impulsus: & necessitatē musicæ concinentiæ, quam motui à se facto inserit anima innatā sibi ab origine.

Ostēditur ex constitutione aīe concentus celestiuū corporum.

C Alijs præterea indicijs ac rationibus cōcentū illū motū celestiuū posse ostēdi. Quodq̄ interualla ea, quæ esse in anima ratione sola intelligūtur, reuera in ipso mūdi corpore deprehendātur. Cap. III.

Hinc Plato in rep. sua, cum de sphaerarū celestiuū uolubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere: significans sphaerarū motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren, deo canens Græco intellectu ualet. Theologi quoq̄ nouem musas octo sphaerarū musicos cantus, & unam maximam cōcinentiam quæ constat ex om̄ibus, esse uoluerunt. Vnde Hesiodus in theogonia sua octauam musam Vraniam uocat: quia post septem uagas quæ subiectæ sunt, octaua stellifera sphaera supposita, proprio nomine cœlum uocatur. Et ut oñderet nonam esse & maximam, quam conficit sonorū cōcors uniuersitas, adiecit: καλλιόπη δ' ἦδ' ε, προφερεσάτη ἀπασάων, ex noīe oñdens ip̄am uocis dulcedinem nonam musam uocari. Nam καλλιόπη optimæ uocis Græca interpretatio est. Et ut ip̄am esse q̄ constat ex om̄ibus, p̄ssius indicaret: assignauit illi uniuersitatis uocabulū, uidelicet προφερεσάτη ἀπασάων. Nam Apollinem ideo μδοήγοτον uocant, quasi ducē & principem orbium cæterorū: ut ipse Cicero refert: Dux & princeps & moderator luminum reliq̄rū, mens mundi & t̄patio.

Prima ratio.

Secunda.

Al. sororum.

Musas esse mundi cantū etiā rustici sciunt, q̄ eas canœnas, q̄si canenas à canendo dixerunt. Ideo canere cœlum etiam theologi cōprobantes, sonos musicos sacrificijs adhibuerūt: qui apud alios lyra & cithara, apud nonnullos tibijs alijs' ue musicis instrumētis fieri solebāt. In ipsis quoq̄ hymnis deorū, p̄ stropham & antistropham metra canoris uersibus adhibebant̄: ut p̄ stropham rectus orbis stelliferi motus, p̄ antistropham diuersus uagarum regressus p̄dicaretur: ex quibus duobus motibus, primus in natura hymnus dicāsus deo sum

Al. Petrusci.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

d v p̄sit